

viro, vel muliere aliqua extorquere praesumat, aut pro annua, & indebita exactione pecuniarum personas suspendere, vel Ecclesias interdicere: nec ad Ecclesias ipsius Archidiaconatus visitandas, nisi semel in anno accedat, nisi forte talis causa emerferit, propterquam ipsum oporteat praefatas Ecclesias saepius d. visitare, & cum ea moderata hominum, & equitaturarum, quod qui in eis morantur, exinde non debeant merito querelari. Si autem contra prohibitionem vestram venire praesumpserit, ecclesiastica feveritate eum percellatis, omni oc. & ap. cess. & sententiam ipsam usque ad viciniam satisfactionem factis inviolabiliter observari, ita quod in vos, & illos hoc non cogamur diutius vindicare.

NOTA.

a C^{onventrensi.} Ita etiam habetur in c. 4. de panis, in 1. collecta, & post Concil. Later. sub Alex. III. part. 3. c. 3. ex quibus locis ita restituo hunc textum. De Ecclesia Conventrensi egi in e. 2. de scriptis. b C^{istrensi.} Monasterium Cistrense, de Cestria dictum, est Ordin. D. Benedicti, in Normannia, in Cestria, quod primus Leofricus Comes Cistrensis aedificavit, & semel collapsam Hugo etiam Comes restauravit, ut ex scriptoribus

illius provinciae refert Cironius in notis ad textum in c. dilectus, de separatione possess. in 5. compil. c. Clericos, sive laicos. Similes excessus in Archidiacono Conventrensi reprehendit Alexander III. in c. licet 3. de prenis, ubi quoad primam partem huius textus spectant, disputabimus. d S^{apienter visitate.} Quia ad Archidiaconum spectat diocesis visitatio, ut dixi in c. 1. hoc tit. non tamen ideo potest saepe saepius, sed semel tantum in anno visitare, c. cum venerabilis, de consensu, ubi quae spectant ad visitationem, & modum late illustrabimus.

CAPUT VII.

Innocentius a III.

AD hoc nos Dominus, &c. Sane consulite nos tuae fraternitatis devotio, quid ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura Episcopalis sollicitudinis debeat relevari: Et nos, prout b posuimus, respondemus. Archidiaconus secundum e. statuta B. d. Iffidori imperat. Saecrodotibus, & Levitis. Parochiarum e. Decretorum, & earum ordinatio ad ipsum pertinet, & audire debet q. iurgia singulorum. W. Archiepiscyteri, qui solent cana a plebibus nuncupantur, ejus jurisdictioni se noverint subiacere. Secundum vero i. Romani Ordinis constitutum, major post Episcopum, & ipse Episcopi vicarius reperitur: omnino vero sollicitudinem & curam, & tam in clericis, quam in Ecclesiis eorum, prout melius secundum Deum poterit impendendum, cum super his sit redditurus Archidiaconus appellatur, ut loco Episcopi per Episcopatum prospiciens, quae corrigenda viderit, corrigat, & emendet, nisi adeo ardua fuerint negotia, quod absque majoris praesentia nequeant terminari. In quadam vero nostra l. constitutione nos jam alia vice meminimus expressisse, quod institutio corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus, ad ipsum debeat pertinere: examinatio etiam clericorum, si fuerint ad sacros ordines promovendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum examinandum, ut qui beneficiis ecclesiasticis praeficiendi fuerint, a suo prius examinatore Archidiacono, & per ipsum postmodum Episcopo praesententur. Subsequentur postea quaevis fidei, utrum Decani m. rurales, qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuum solum, vel n. Archidiaconi, vel eorum utriusque institui debeant, vel destitui, si fuerint amovendi: Ad hoc breviter respondemus, quod cum iuxta Imperialis functionis auctoritatem, quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debeat, cum commune eorum exercet Decanus officium, committere est eligendus, vel etiam amovendus.

NOTA.

a I^{nnoventi III.} In quarta collectione, sub hoc tit. c. 1. etiam tribuitur hac epistola Innocentio III. cui missa sit non constat, nec inter epistolas ipsius Innocentii emendatas a Guillemo Sirleto, nec inter editas a Bolquetio reperitur hac epistola: ex dicta tamen collectione ita restituitur. b P^{rius posuimus.} Cum enim circa officium, & jurisdictionem Archidiaconi tantum referantur auctoritates D. Iffidori, & Ordinis Romani, & quam plurima in illis non comprehensa Archidiaconi sibi arrogaverint, & usurpaverint, ut in c. 1. hoc tit. dixi, ideo Innocentius respondit consultationi factae iuxta illa duo testimonia, quod & Honorius ejus successor fecit in cap. 2. hoc tit. cujus verba retulimus in cap. cum satis, hoc tit. c Statuta. Relata a Gratiano in cap. parva, c. 25. dist. ubi refertur epistola D. Iffidori missa ad Episcopum Leudifredum, quae etiam reperitur inter opera ejusdem eximii Doctoris, edita opera & studio D. Garzia a Loayza j. 2. pag. 391. d Iffidori. Iffidorus Praef. Hispaniensis, Hispaniae Doctor, Catholice fidei magister, floruit temporibus Recharadi Regis Gothorum, a quo mortuo Leandro in ejus locum successit, & a Gregorio Magno confirmatus. Ejus laudes, animique doctos late prosequuntur Quintanaadvennas in Sanctorum Hispaniensium historia, pag. 247. Antonius Neabricensis in vita ipsius Santi, plures Hispanici scriptores congegit a Tamayo de Salazar r. 2. martyrol. Hispan. die 4. April. e S^{ollicitudo.} Vacantium enim Ecclesiarum custodia ad Archidiaconum spectat, cap. si in plebibus, 63. dist. cap. bona 51. de appell. f O^{rdinatio.} Idem Clericorum ad Ecclesias vacantes praesentatio; debet enim Archidiaconus praesentare clericos ab

Episcopo ordinandos, d. c. si in plebibus, c. cum dilectus 28. de jurepatron. c. ut nostrum, hoc tit. g Jurgias. Uti dixi in c. 5. hoc tit. h Archiepiscyteri. Haec verba exponemus in c. 1. de officio Archiepiscyteri. i Romani Ordinis. De hoc libro nonnulla retuli in cap. 1. hoc tit. j Epistola. Ad Jacobum fratrem missa, de cujus auctoritate late agit Vivar. ad Flavium Dextrum, anno 37. n. 6. & nos in cap. unico, de sacra unct. k Oculus Episcopi. Recta comparatio; nam oculus pro praesentatione parte corporis accipitur, & quae alii praef. D. Aug. in psalmod. 87. Unde R. P. dicitur oculus universi corporis Ecclesiae, ut probat P. Serlogus r. 3. in Cantu. c. 4. var. sig. 28. fest. unica, pag. 148. ideo Archidiaconus dicitur oculus Episcopi, cum recte gerit quae sui officii sunt: si vero recte non gerat, clavus Episcopi dicitur. Mire ad rem Fulbertus Carnotensis ep. 34. ibi: Inter quos, videlicet adversarios, unus est nomine Iffidus, olim quidam Archidiaconus, qui cum esse deberet oculus Episcopi sui, dispensator pauperum, catechizator infipientium, apostolatus ab omnibus his, & factus est Episcopo suo quasi clavus in oculum, pado pauperibus, dux erroris infipientibus: quia superba & contumeliosa malicia in Episcopum suum jactans, serenitatem speculationis ejus turbat, ducimus, & oblationes alterum, si ipem videlicet pauperum, suo Episcopo inconsulto, seculari militia tradit. l Constitutiones. De qua in cap. ut nostrum, hoc tit. ubi dicemus. m Rurales. Idem Archiepiscyteri, c. 1. & per totum de officio Archiepiscyteri. n Vel Archidiaconi. De consuetudine, ut dixi in c. cum factis, hoc tit.

CAPUT VIII.

a Idem Tervisino Episcopo.

Significasti nobis per litteras, quod quidam clericus tuae diocesis, licet ecclesiastica beneficia sint adepti, b comam nutriunt; qui etiam incedunt in habitu laicali: o laici quoque adferri volentes militum clericali, cum a te promovendi non possint, cum litteris Archidiaconi tui ad Episcopum vicinus accedunt, & ab eis fe faciunt ordinari. Volentes igitur hujusmodi excessibus obviare, fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus clericos, qui comam nutriunt, & incedunt in habitu laicali, nisi ad communionem tuam deposuerint comam, & clericalem servaverint tam in vestibus, quam in aliis honestatem, usque ad correctionem idoneam a beneficiorum suorum perceptione, sublato appellacionis obstaculo, nostra, & tua fretus auctoritate suspendas: ineredias autem Archidiacono

cono tuo, ne sine licentia, & auctoritate tua concedat suas litteras promovendis: & eis etiam districte prohibeas, ne ad ordines taliter audeant convolare. Quod si contra prohibitionem tuam venire praesumpserint, executionem eis ordinum susceptorum taliter interdicas. Datum Later. 15. Kal. Octob.

NOTA.

a I^{dem.} Ita restituenda est haec inscriptio ex epistolis Innocentii III. emendatis a Guillemo Sirleto lib. 2. epist. fol. 368. Etiam reperitur hic textus in quarta collectione, sub hoc tit. c. 1. sed diminutus, ut in hac sexta collectione: quare ex praedicto Codice epistolarum eam restituo. De Tervisina Diocesi egi in cap. 7. de consuet. b Comam. Quod clericis prohibitum est, c. si quis ex clericis 4. c. clericus 5. c. clericus 7. de vita & honest. cleric. c Laici. Quod alienum est a clericali gradu, c. clericus 15. ubi late dicemus, de vita & honest. cleric.

COMMENTARIUM.

EX verbis a Raymundo compilatis in hac sexta collectione, nec, hac commaniter deducitur assertio: Archidiaconus non dat litteras commendaticias. Probat tam textus in c. quatuorvis, 69. dist. c. cum nullus, c. 3. de temp. ordin. Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 11. Colonense p. 1. c. 29. Prohibemus, ne officiales nostri litteras dimissorias, quae vulgo licentiarum ordinandi vocantur, alieni tenere concedant. Moguntinum celebratum anno 1549. cap. 84. Illustrant Hallier. de sacris elect. c. 3. art. 11. §. 4. pag. 669. & pag. 672. Leander de sacrament. tom. 2. de ordine, disp. 10. r. 6. q. 4. Narbona de appellat. a Vicario, c. 1. nu. 197. Ferrarius de antiquis Ecclesiis litteris c. 8. Flores de Meana lib. 3. qu. 4.

2 Sed hac assertio diffidit valde redditur sequenti consideratione; nam facultas concedendi commendaticias litteras, seu dimissorias, non provenit a potestate ordinis, sed jurisdictionis; unde Episcopus electus, confirmatus, licet non consecratus, potest praedictas litteras concedere, c. nosti 9. c. transmissam 15. de elect. c. absentia, ead. r. 11. ubi Glossa verbo Confirmatum. Similiter Archiepiscopi ante pallii receptionem, licet ordines conferre non possint, litteras dimissorias dare valet, c. suffraganeis, de elect. Docent Henriques, Toletus, & Boncinia laudati a Leandro d. tr. de ordine, dist. disp. 10. qu. 1. Similiter Vicarius Episcopi licet ordines conferre non possit, litteras tamen dimissorias dare valet: & Capitulum Sede vacante, si beneficium est actum. Trid. sess. 7. de reform. c. 10. Sed Archidiaconus jurisdictionem obtinet in clericis, tam in majoribus quam minoribus ordinibus constituto, ut saepe saepius dixi in hoc tit. & eos Episcopo praesentat, ut ab eo ordinentur, c. ad hoc, hoc tit. igitur potest litteris suis dimissoriis eos alieno Episcopo praesentare, ut ab eo ordinentur. Aegre haec difficultas ex testimonio Plodoardi veteris historici Ecclesiae Rhenensis, l. 3. cap. 8. ubi refert Helvium presbyterum Rhenensium ordinatum fuisse a Lupo Catalaunensi Episcopo, eo quod Archidiaconus Rhenensis cum aliis communitis, tam canonicis, quam monachis, haec illi obtulisset: ex quo expresse constat, Archidiaconum Rhenensem potuisse litteras commendaticias clericis concedere ad ordines recipiendos ab alieno Episcopo.

3 Haec dubitandi ratione non obstant, vera est nostri Innocentii III. decisio, pro cuius expositione sciendum est, inter alias litteras jam a primis Episcopis temporibus usu receptas, de quibus egi in c. 1. de clericis peregrin. etiam enumerari commendaticias, dimissorias, seu reverendas, quibus nominibus significatur littere illae, quibus proprii subditi reverenter dimittantur; & commendantur alieno Episcopo, ut ab eo ordinentur, c. 3. 77. dist. Conc. Chalced. can. 20. c. 1. 73. dist. can. 15. c. 33. Apoll. probavi in e. quoad translationem, de temp. ordin. late illustrant Hallier. de sacris elect. d. c. 2. art. 10. per totum. Circa eas vero saepe examinandae sunt, tam ex veteri, quam novo jure, a quibus videlicet concedi possint, quibus dari valeant, & quanam earum forma a jure praescripta sit.

4 Certum est, concedere litteras dimissorias, seu ut vulgo dicitur, reverendas, eorum proprium esse, quibus competit ordines conferre, ex regula, Possit quis, de regul. juris in 6. unde sic potest Episcopus dimittere, ordinis, & beneficii ordines conferre; & a litteris dimissorias dare. Et una enim potestate alia inferitur, & deducitur: quare Abbates juram, & baculi habentes, quia minores ordines possunt conferre suis subditis, c. cum coningat, de stat. & qual. dimissorias litteras conferre possunt tantum ad minores ordines, non ad majores, ut docent Flores de Meana ubi supra Tamburinus, Diana, & alii relati a Leandro d. dist. 10. qu. 7. c. 8. Similiter Vicarii Episcoporum, Archidiaconi, Archiepiscyteri, & similes, qui appellatione Vicariorum continentur, cum ordines conferre non possint, nec praedictas litteras dimissorias concedere valent, nisi de speciali mandato Episcopi, vel eo in remota partibus agente, c. non nullus, de temp. ordin. lib. 6. Leander ubi supra, q. 3. Et licet Glossa in c. verbo Rematis, intendat probare remoum illam tantum dici, qui extra provinciam, aut ultra montes degit, tamen reclusi resolvit Hallier. ubi supra, pag. 672. hoc arbitrio Episcopi relinquit: circa Capitulum vero sede vacante, varia pro diversitate temporum statuta, & obvia rata reperiuntur. A primis enim Ecclesiae facilius usque ad tempora Concil. Trid. Capitulis Ecclesiarum Cathedralium concessum erat vicinam Episcopi

comam, vel quem malaissent, adscribere, vocare, & invitare, ut in ipsa diocesi Pastore destituta sacros ordines conferret, aut clericos ordinandos dimittere, & commendare alienis Episcopis, c. his qua, de majori, c. vbi, cap. si Episcopus a com sequenti, de supplend. neglig. lib. 6. Conc. Antiochenum can. 6. plura Bolquetus ad Innocentium III. lib. 1. c. 13. Postsevius de post. Capitulis, l. p. q. 1. n. 3. post tempora tamen Concil. Trid. & ejus decretum, sess. 7. de reform. c. 10. & sess. 10. de reform. c. 23. illud jus antiquum abrogatum fuit, noviterque statutum, ne sede vacante Capitulum litteras commendaticias concedere possit, nisi alicujus beneficii archidiaconatione: circa cujus constitutionis explicationem plura cumularunt Barbosa in eius remiss. Hall. pag. 671. Leand. ubi supra, q. 4.

5 Sequitur secunda inspectio de personis, quibus concedi debent praedictae litterae commendaticiae, seu dimissoriae. Et primo sciendum est, tantum eas concedi postulanti, & elligenti, c. 1. in illis verbis: Nisi ab isto postulatus, c. prius examinatus a propriis Episcopis litteras concedentibus. Trid. sess. 23. de reform. c. 3. in illis verbis: Non aliter quam iam probatus, c. examinatus ad alium Episcopum ordinandos dimittant, nisi ob ius suum causam ipsam examinandum ordinari committant, quod examinatio nisi prius permittere. Concil. Senon. celebratum anno 1528. in decretis novum, c. 5. ibi: Et quatuorvis, inquit, Episcopi ordinis, beneficii, aut domicilii non solum ad ordines promoveri, sed etiam litteras dimissorias ad ipsos ordines concedere possint; injungimus tamen suffraganeis nostris, ut si quando litteras dimissorias ad sacros ordines indulgere voluerint, ne indigni assumantur, observent athenum qui sequitur, videlicet quod velint imperare litteras dimissorias, accedant ad diaconos, qui super praemissis, ante litteraturam, moribus, beneficio, seu patrimonio inquirant, serenturque diligenter praedictas solemnitates perhibeant, ac si in propria diocesi ordinare vellet: ac tunc sic examinato concedatur litterae dimissoriae, remittaturque ita examinatus cum litteris ipsis, in quibus etiam declaratur praedicta solemnitas sic observata, saepe merito expressa de beneficio, aut patrimonio, ut Episcopus ad quem se conferre ordinandus, cum sine scrupulo promoveri, & ordinari possit. Quod si propter infirmitatem, aut aliam causam rationabilem ei, qui litteras dimissorias obtinere cupit, non possit commode accedere ad suum Episcopum, tunc remittatur super ante, litteraturam, ac moribus, ut prius, examinatus ad Episcopum, cui litterae dimissoriae praesentantur, inseranturque in iis litteris dimissoriis clausula (Sapienter conscientiam tuam overamus:) proijeto tamen, quod nunquam concedatur litterae dimissoriae, nisi illi, qui habuerit beneficium, & patrimonium praxaverit valoris. An autem cum dimittur, & commendatur ordinandus jam examinatus, iterum possit examinari ab ordinatore pertractat Hallier. de sacris elect. l. p. de exam. ordin. c. 1.

6 Quoad formam praedictarum litterarum, & quae in eis spectantur, & requirantur, sciendum est primo, in ipsis litteris inferri debere causam, propter quam proprius Episcopus dimittit ipsum alii ordinandum, c. 1. de temp. ordin. lib. 6. Trid. sess. 7. de reform. c. 11. c. 23. c. 3. docet Barbosa de post. Episcopi, alleg. 7. n. 20. Secundo in eis exprimi debere Episcopum, cui committitur, nisi generaliter illi dimitatur, ut a quocumque Episcopo Catholico ordinari valeat, juxta textum in c. veniens, de prescript. ibi: Ut a quocumque rite, & catholice promoti, & gratiam, & communionem S. Sedis Apostolica habente. Apponi tamen solet clausula illa: Clericus ac populum habente; ut adimatur facultas ordinandi Episcopis titularibus, & propriam Sedem non habentibus, quorum potestatem retrahere magnopere intendunt PP. Concilii Trid. dist. sess. 24. de reform. c. 2. & ut cuncta comprehendamus, quae in litteris dimissoriis complecti solent, unam, aut aliam exemplar eorum referamus. Et omnibus relatis c. 2. Concilior. Galliae, in antiquis formalis, juxta praesentem Ecclesiae morem, ita legitur in veteri formula ab Hallierio edita ubi supra, pag. 664. Durandus Dei gratia Arvernorum Episcopus, Rodolpho excellentissimo Turonensi Archiepiscopo. Quod in terra felicitas, vel beatitudo in celo comperis dilectio vestra, quod hic praesenti Subdiacono, quem manu propria consecravimus, misericorditer formatum a vobis expedit epistolam, & omnem auctoritatem canoniceam, sicut intercedentem, & acceptentem fieri oportet: quatenus huc auctoritate seu jure vestra dicti subditi valeat. Cuius petitionibus annuentes, mittimus nobilitati vestrae hanc epistolam canonice institutione formatam, ut quem sanctitatis a modo custodisti regarda committimus, cum libera vestra concessione ad quocumque officium, seu ad quocumque gradum visum fuerit, promovatis, & omnem quiam erga eum habentem potestatem nobis licet exercere, sit vobis licitum. Et ut nullus in vestro animo scrupulus hesitationis remaneat, ea signa s. s. PP. in Nicaeno Concilio statuta in eisdem epistolis servanda, in primis, & ultimis annotavimus. Aliud juxta utum quotidianum refert Barb. post tractatum de officio, c. postea Episcopi.

7 Quibus ita praemissis apparet jam vera decidendi ratio hujus textus; nam cum litteras dimissorias illi tantum dare possint, qui ordines conferre valent, ex regula, Possit quis, de regul. juris, l. 6. & Archidiaconus ordines conferre non possit, ex defectu potestatis conferendi ordines; ideo neque litteras dimissorias ordinandis dare valet: sed si alicui eas concesserit, & earum ratione ordinati fuerint, characterem quidem recipiunt, executionem autem ordinis improbe recepti non

Difcolvitur
d'fcolvitur

non habebant, ut contingit in aliis male promotis, de quibus egi in e. dilectus, de tempor. ordin.
Nec difficultas supra adducta adversatur; nam licet Archiepiscopi ante pallii receptionem; Episcopi confirmati ante consecrationem, possint dimissorias concedere; non tamen ordines conferre: tam enim potestatem non obtinent Ordinarii per se; sed per accedens, & ratione jurisdictionis, quam in actu obtinent; & facultatis ordinis, quam in habitu habent: unde possunt dimissorias dare, quae cum cesset in Archidiacono, ideo ipse praedictas literas concedere non potest.

Nec augmentum difficultatis adversatur; nam omnia supra dicta procedunt, & locum habent iure communi attento: ceterum si consuetudine introductum sit, ut Archidiaconi, Archiepiscopisve commendatitias dare possint, licite eas concedere valent, Glossa verbo *literas*, in praesenti, & in capis. nullus in verbo *indultum*, de tempor. ordin. lib. 6, quam consuetudinem viguisse in Ecclesia Rhenensis, testatur Hallier. ubi supra, pag. 669. Unde iuxta consuetudinem ipsius Ecclesiae Rhenensis accipit ipse praedictam Flooardi auctoritatem.

C A P U T I X.

Idem a N. Mediolanensi Archiepiscopo,

Ubi nostrum procedat de Dei vultu iudicium, & oculi nostri videant aequitatem, via regia debemus incedere, nec ad finitram omnino, nec ad dexteram declinare: ita magnum iudicantes, ut parvum; quia non est apud Deum acceptio personarum. Ad audientiam sane nostram multorum relatione pervenerat, quod Cancellaria Mediolanensis Ecclesiae vacaverat ultra annum: unde secundum Lateran. Concilii statuta, ad nos ipsius erat donatio devoluta. Volentes autem tibi solita benignitate deferre, rogavimus te attentius, & mandavimus, ut Cancellariam ipsam dilecto f. Henr. de Settera Subd. nostro, Mediolanensis Ecclesiae Canonico, bene apud te merito, & ad hoc officium obtinendum idoneo, benigne conferres: & si post receptionem litterarum nostrarum quidquam de ipsa Cancellaria contra jus acquisitionis nobis ex Lateran. decreto statueres, decernebamus illud irritum, & inane. Tu vesperi non conuleras, quia propter gravamina debitorum proventus ipsius tibi erant plurimum necessarij: litteris tamen nostris apertis, earumque tenore perspecto, responderes in crastino, quod crederes respondendum. Porro, sicut ex alio compertimus instrumentum, postquam mandari nostri audivisti tenorem, variata locutione dixisti, quod Cancellariam ipsam non poteris iuxta mandatum nostrum praefato Subd. nostro conferre; quia reservatis tibi provenibus, eandem Cancellariam decem mensibus jam elapsis Henr. de Lamp. concesseras. Cumque nobis hujusmodi responsum variata ex scriptis innovasset authenticis, est secundum Apost. omnem inobedientiam prompti finis iudicium, adhuc tamen tibi desere volentes, cui & in minori officio constituti, & promoti, sicut Domino placuit, ad majora, in multis, & magnis decessibus tibi, dedimus in e. mandatis, ut ad praesentiam Cancell. personae idonea modo canonico, tempore tibi competente donasses: dictus quoque H. de Lampun. cui dicebatur facta donatio, si vellet, ad praesentiam accederet, suam iustitiam defendens. Venientes igitur ad Apostolum nostrum praesentiam dilecti filii G. procurator tuus, & fapeditus H. super varietate responsum nitebantur te multipliciter excusare, licet publicis instrumentis fides non facile derogetur, & secundum rerum naturam vix potuisset sufficienter ostendi, quod aliud respondisses. Produerunt autem in nostra praesentia duos testes, qui jurati dixerunt, quod in Januario auper praeterito fuit annus, ex quo Mediolan. Cancellarius debitum universae carnis exsolvit, & in sequenti Majo, cum consanguineo Henr. de Lampun. frequenter apud te, ac vehementer instarent, ut Cancellariam ipsis conferres, te respondente, quod Cancellaria provenibus carere non posses; ad multam tamen instantiam est obtentum, ut Cancellaria tibi retineres provenibus, & jus ipsius praefato conferres Henr. Quatuor ergo praesentibus, inter quos duo testes memorati fuerunt, in seorsum Palatii tui camera eundem H. secundum tenorem praescriptum de Cancellaria investisti per librum, & recepisti fidelitatem ab eo, prohibens universis, ne verbum istud cuiquam revelarent. Adiecit autem unus testium praedictorum, quod postquam ad te mandatum nostrum pervenerat, & ipse H. jam Bononia rediisset, tu ei sollemniter, & publice tradidisti, se vidente, sigillum, mandans eis, ut Cancellarii officium exerceeret: quod & alter testis asseruit de auditu, & idem procurator tuus, quod verum crederet esse, respondit. Henr. quoque confessus est factum, sed solemnitatem facti negabat. Quia ergo post interdictum nostrum ei praesumptum tradere bullam, cum traditionem ipsam saltem debuisses differre, donec nostrum consuleres beneplacitum: dilectis filiis I. Archid. & O. Lento Canonico Mediolanensi dedimus in mandatis, ut si etiam post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum iudicium revocavimus, id ipsum cognoscerent attentatum, traditionem sigilli decernerent irritam, & inane: inhibentes Henr. ne quomodolibet eo uti praesumeret, cum plus sit Rom. Pontificem ad se aliquod evocare negotium, quam quemquam ad eum super aliquo negotio provocare. Tolerabamus autem ad tempus, ut negotii merita nobis plenius immotescerent, investituram, qua dicebatur in occulto facta fuisse per librum, licet ecclesiastica beneficia non sint donatione clandestina conferenda, resse Veritate, qua dicit: Qui male agit, odit lucem. Ceterum quia Cancellaria officium memorata spirituale, vel annexum spirituali proponebatur existere, cum Cancellarius ex officio suo multa facere debeat, quae spiritualia esse noscuntur, ac per hoc sub tenore praescripto dicebatur non debuisse conferri, cum ab omni specie mala praecipiat Apostolus abstinere: quia etiam praefatus Henr. de Lamp. licet receptus sit in fratrem ad vacaturam praebendam, ordinarius tamen asserbatur non esse, ac per hoc Cancellariam sibi non debuisse conferri, quae de iure, vel consuetudine ordinario tantum debet committi: cum nec Mediolanensis Archiepiscopi, sed Mediolanensis Ecclesiae Cancellarius esse scribatur, nec vacante sede Cancellarii perdat officium; nam nec ipsum sigillum substituto Pontifice variatur: inquisitionem horum duximus praenominatis I. Archid. & O. Lento Canonico Mediolanensi committendam, per Apost. scripta praecipiendo mandantes, quatenus omni contradictione, & ap. cessante, Deum habentes praeculis, gratia, & timore postpositis, sine personarum acceptione inquirent super praemissis diligentissime veritatem: & ne veritas celaretur, testes qui eis nominarentur, si se gratia, vel timore subtrahant, per censuram eccles. compellerent perhibere testimonium veritati, & quod super omnibus inventerent, sub litterarum suarum testimonio ad Sedem Apostolicam destitarent: ut per inquisitionem ipsorum sufficienter intructi, negotium ipsum melius decidere valeremus. Ipsi vero mandatum Apostolicum fideliter exequentes, convocatis Mediolanensis Ecclesiae ordinariis, & per penam excommunicationis compulsis dicere sub iurjurandi religione de facto Cancellariae, quia noverant super praemissis articulis veritatem, attestaciones suas redactas in scriptis, & sigillo munitas ad nostram praesentiam transmiserunt. Interdixerunt etiam eidem H. administrationem sigilli, sicut ex litteris eorum accepimus, iuxta formam mandati nostri, de consilio sapientum. Cumque fapeditus H. de Lamp. cum patre suo Rogerio propter hoc nostro se conspectu praesentasset, copiam allegandi pro se liberam, ac benignam in communi concessimus auditorio: qui per advocatum proposuit, quod delegati praedicti sine inquisitione spoliaverunt eum executione sigilli, contra nostri mandati tenorem, cum ipsius sigilli traditio non fuerit facta post secundum mandatum; & ideo primo loco restitutionem sibi fieri postulabat. Formam vero concessionis nitebatur multipliciter excusare, proponens quod in retentione fructuum simoniaci pravitas nullatenus intercessit; tum quia officium Cancellariae nec est spirituale, nec annexum spirituali, quia licet Cancellarius quadam agat, quae spiritualia esse noscuntur, sicut ex attestacionibus liquet, ea tamen non agit ex officio Cancellarii, sed de mandato Archiepiscopi, sicut ex dictis testium comprobatur: tum etiam, quia nihil emit, aut vendidit, cum simonia deferbatur esse studiosa cupiditas vendendi, vel emendi spirituale, vel spirituali annexum; praesertim cum tu ante traditionem separaveris fructus, & ita quod tuum erat, tibi retinivisti, non accipiens alienum. Se quoque ad obtinendam Cancellariam proponit idoneum, cum de mandato Rom. Pont. sit Mediol. Ecclesiae Canonico investitus, vocem habens in Capitulo, & locum in choro; & tamquam verus, & plenus Canonicus, in tractibus, & contractibus ipsius Ecclesiae admittatur. Nec obstat, quod integram praebendam non habet, cum sicut per dicta testium est probatum, Archidiaconatus eiusdem Ecclesiae, de quo nullatenus dubitatur, quin sit dignitas, & officium

cium spirituale, quandoque fuerit concessus ei, qui praebendam integram non habebat. Quod autem a sexaginta annis, iuxta quorundam testimonium, concessus fuit tantum ordinario praebendato de numero viginti Canonico, qui proprie Ordinarii appellatur, sibi nocere non poterat; cum per hoc nullum sit tibi praedictum generatum, quin ei, qui de numero viginti non esset, praesertim Canonico, eandem Cancellariam potuisset conferre, Allegata insuper, quod est pactio de retinendis ad tempus provenibus intervenisset, quod ipse tamen negabat, inter te, ac parentes ipsius, ipse tamen de praedicta Cancellaria pure fuit, & simpliciter investitus, & ideo talis pactio sibi non debet obesse, cum parentes nihil tibi pro eo dederint, vel promiserint. Praeterea proponebat, quod cum nullus debeat sine accusatore damnari, nec aliquid circa negotium istud actum sit in forma iudicii, deponentes testimonium non poterant sibi praedictum generare. Quia vero per hanc ultimam allegationem personam nostram tangere videbatur, dignum duximus causam commissa inquisitionis, & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negotio perperam processerimus, praesertim cum ratio assignanda debeat esse posteris profutura. Cum enim iuris sit explorari, quod adore non probante, is qui convenitur, est nihil praesertit, debet absolvi, videri poterat, quod nos tibi, qui conveniebaris a nobis malitiose, vel indifferente onus probationis super tribus praemissis articulis imposuimus, videlicet ut ostenderes, quod praedictam Cancellariam personae idoneae, modo canonico, & tempore tibi competenti donasses. Porro cum donatio fuisset occulta, & ideo suspicione non careat, & elapso jam anno nullus omnino Cancellarius appareret, non immerito credebatur, quod secundum Lateran. statuta Concilii ad nos esset ipsius Cancellariae donatio devoluta, & ideo sine culpa potuissimus ipsam conferre: quoniam etsi locum Dei tenemus in terris, non tamen de occultis possumus divinare. Quod ergo contra illud, quod prima facta iure praesumebatur pro nobis, praesertim cum responderis prima, vice, quod Cancellariam alicui non conuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus, non fuit gravamen, sed gratia; nec ex malitia, sed ex benignitate concessit. Quod etiam de modo canonico fidem nobis fieri mandavimus, tu causa praescripti mandato; quia saepe nobis per litteras intimasti, & tandem probasti per testes, quod recentis tibi provenibus, officium concesseras memoratum; ex quo non immerito contra talem concessionem sumus suspicati, cum & proponeretur aperte, quod illud ei personae commiseras, cui secundum consuetudinem Mediolanensis Ecclesiae non debeatur aliquo modo committi. Et ideo nos non tam ex plenitudine potestatis, quam ex officio debito, quia possumus, & debemus de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime causam, & occasionem praesentem, inquisitionem committimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, quaecumque fuerunt in nostro auditorio proponenda, deliberavimus cum fratribus nostris, & in ipsa deliberatione te in tribus praecipue compertimus fuisse culpabilem: circa contrarietatem responsi, quia non solum nobis, qui (licet immeriti) Jesu Christi locum tenemus, sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia contraria respondere: circa carnalitatem animi, quia non affuit carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium in persona magis idonea dispensare: & circa inhonestatem facti, quod non licuit ex pacto, vel conventione quacumque, sub modo, vel tenore praescripto concedere nudum officium, & tibi retinere provenibus, cum in Later. Concilio sit prohibitum, ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, partem provenientium suis ulibus retinere praesumat; & alibi cautum reperitur in canone, quod ecclesiastica beneficia debent sine diminutione conferri. Unde credimus distinguendum, utrum qui dat spirituale beneficium, provenitus ipsius ante donationem percipiat: nam si provenitus ante donationem non percipit, non est dubium intercedere simoniacam pravitatem. Si vero ante donationem percipit ipse provenitus, credimus etiam distinguendum, utrum ante donationem constituit, ut ipsi provenitus retineatur ad tempus pro causa iusta, & necessaria; an conveniat cum eo, qui accipit beneficium, seu cum mediatore quocumque, ut officio illis concessio, retineat ipse sibi provenitus. Primum enim membrum credimus esse licitum; secundum autem dicimus non licere, ne viam aperiatur his, qui pravitatem suam fatigunt paliare. Quia vero majorum excessus dicimus debent sevitare puniri, cum iuxta divinae legis oraculum, si sacerdos qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere populum; quod inhoneste super retentione provenientium praesumptum, de communi fratrum nostrorum consilio irritavimus, & in penam praesumptiois hujusmodi, ut in eo puniatur, in quo peccaveras, a collatione dignitatis, vel ecclesiastici beneficii, quod ad tuam donationem in tua primo vacabis Ecclesia, censuimus suspendendum. Ceterum quia divina docente Scriptura, didicimus quod melior est sapiens viro forti, & qui dominatur animo, expugnatorem urbium, quantumcumque voluerimus, aut vellemus, si salva possemus iustitia, contra quam non iudicamus nos posse, cum sumus in Sede iusticia constituti, praesertim Cancellariam praedictam Subd. nostro conferri, fapeditum tamen H. de Lamp. non invenimus ita culpabilem, ut eum exigente iustitia, ipsa Cancellaria privare possemus: cum est patentes eius ex simplicitate deliquerint, nihil tamen pro ea dantes, aut etiam promittentes, ipse tamen investituram Cancellariae, sicut verus Canonice, & cui ratione canonicatus de iure non poterat opponi defectus, sine pacto qualibet, & conventionem recepit: nec etiam fuit sufficienter probatum, quod Cancellarius ex officio suo faciat spiritualia memorata, cum ea potius de iure communi ad Archid. spectent officium; & representare videlicet ordinandos Episcopos, & illos examinare, ponere Abbates, & Abbatissas in Sede; quae cum probatum sit per aliquos testium, Cancellarium facere de mandato Archiepiscopi, de speciali potius, quam de generali mandato videtur intelligi. Verum quod delegati praescripti scripserunt se interdixisse illi officium Cancellarii, secundum Apostoli formam mandati, de consilio sapientum, cum ab eis super hoc appellatum non fuerit, nec aliquid contra probatum, de rigore iuris, ex quo praesumitur legitime factum, potuissimus illud decernere observandum: sed misericordia, qua superexaltat iudicium, nos induxit, ut quod in contemptum nostrum creditur esse factum, de benignitate Sedis Apostolicae remittamus, cum ad penam illi sufficiat, quod propter hoc secundo ad Sedem Apostolicam laboravit. Datum Perusii 9. Octob.

NOTAE.

a Idem.) Ita etiam habetur in quarta collectione, sub hoc tit. c. 3. non tamen constat ex his collectionibus, cui missa sit haec epistola. Ex epistola tamen correctis a Guillelmo Sirleto conuatis, missam esse N. Archiepiscopo Mediolanensi, ex quibus ita praesentem decisorem restituit. De Mediolanensi Ecclesia egi in e. 27. de rescriptis.
b Ut nostrum.) Hac priora verba reperitur in e. unico, ut ecclesiastica officia.
c De iuribus in mandatis.) Hac verba extat in e. ut nostrum, de appellat.
d Cancellarius.) De eius officio egi in e. ecclesia qd. de elect. & representat.) Iuxta formam, quam retulit in e. unico, de iuribus in ordine.
e Abbatissae.) Cap. 2. hoc tit. in quinta collectione, quod installare appellabant sacri canones, c. significans, de ap. pel. c. ne Dei, de simonia. Sicut enim Archidiaconus competit possessionem beneficiorum facularium tradere post collationem ab Episcopo factam, c. 5. hoc tit. ita in regularibus dignitatibus, Abbatissae videlicet, illi competit Abbatissae, & Abbatissae in Sede ponere, sive installare, cujus installationis causa aliquid recipere Archidiaconi non possunt. Innocentius nos

l. 2. regestr. 14. ep. 46. ibi: Iustis potentium desideris dignum est nos facilius fratre concessum. Et nota qua a rationis tramite non differant, effecta prosequantur complere. Expropterea dilecti in Domino filia, vestris iustis postulationibus gratia exorantes assensu, auctoritate praesentium indulsimus, ne pro consequenda benedictione, vel installatione Abbatissae monasterii vestri, qui benedictione pro tempore fuerit; consecrationibus altariorum, vel Ecclesiarum; sive pro oleo sancto, vel qualibet alio Ecclesiastico Sacramento, siuadimus Episcopus, vel Archidiaconus loci, sub obtentu consuetudinum, vel quibus modo alio quidquam exigere, vel extorquere praesumant: sed hac omnia gratis, & sine gravitate qualibet vobis impendantur. Et ep. 143. ibi: Cum ex iniuncto nobis Apostolice officio Ecclesiarum omnium sollicitudinem gerere teneamur, ea corrigere nos oportet, quae interdum contra sacrorum canonum sanctiones in eis per ipsorum ministrorum improvide attentantur. Haec ad iudicium nostrum vobis referentibus est datum, quod cum Abbatem vestrum coningit de novo in Sede, prout mortuus est, collocari, Archidiaconum Parisiensis, pro installatione ipsius centum solidos Parisiensis, moneta a vobis iustitiam extorquere, huiusmodi exactorem in ius annum convertendo. Quia igitur talis exactio est rationi contraria, & sanctorum Patrum institutionibus iniuriosa, ne id de cetero attentetur, auctoritate praesentium districte inhibemus. Nulli ergo, &c. Usque nostra inhibitionis infringere, &c. Si quis autem, &c. usque incursurus.

C A P U T X.

Honorius III. Abbati a Arremar. Treceu. diae. & Arch. & Decano S. Stephani Treceu.

Dilecto filio. Et infra: Ad petitionem Archidiaconi b Senon. consequentis, quod Abbas, & Conventus monasterii Sancti Petri Vlvi Senon. a procuracionem annuam, & quadam alia, ratione sui Archidiaconatus ad ipsum

